

# Bijlage VWO

# 2010

tijdvak 2

**Latijn**

tevens oud programma

**Latijn**

---

Tekstboekje

## Tekst 1

---

*Het begin van de Pro Caelio.*

1 Si quis, iudices, forte nunc adsit ignarus legum iudiciorum consuetudinisque  
2 nostrae, miretur profecto quae sit tanta atrocitas huiusce causae, quod diebus  
3 festis ludisque publicis, omnibus forensibus negotiis intermissis, unum hoc  
4 iudicium exerceatur, nec dubitet quin tanti facinoris reus arguatur ut eo neglecto  
5 civitas stare non possit. Idem cum audiat esse legem quae de seditiosis  
6 consceleratisque civibus qui armati senatum obsederint, magistratibus vim  
7 attulerint, rem publicam oppugnarint cotidie quaeri iubeat: legem non improbet,  
8 crimen quod versetur in iudicio requirat; cum audiat nullum facinus, nullam  
9 audaciam, nullam vim in iudicium vocari, sed adolescentem inlustri ingenio,  
10 industria, gratia accusari ab eius filio quem ipse in iudicium et vocet et vocarit,  
11 oppugnari autem opibus meretriciis: Atratini ipsius pietatem non reprehendat,  
12 libidinem muliebrem comprimendam putet, vos laboriosos existimet quibus  
13 otiosis ne in communi quidem otio liceat esse.  
14 Etenim si attendere diligenter atque existimare vere de omni hac causa  
15 volueritis, sic constituetis, iudices, nec descensurum quemquam ad hanc  
16 accusationem fuisse cui utrum vellet liceret nec, cum descendisset, quicquam  
17 habiturum spei fuisse, nisi alicuius intolerabili libidine et nimis acerbo odio  
18 niteretur. Sed ego Atratino, humanissimo atque optimo adolescenti, meo  
19 necessario, ignosco, qui habet excusationem vel pietatis vel necessitatis vel  
20 aetatis. Si voluit accusare, pietati tribuo, si iussus est, necessitati, si speravit  
21 aliquid, pueritiae. Ceteris non modo nihil ignoscendum sed etiam acriter est  
22 resistendum.

## Tekst 2

---

1 Dat dit onderdeel van de aanklacht nu juist aan Atratinius is toegewezen, heeft  
2 mijn verbazing en ergernis gewekt. Immers, dat paste niet, dat strookte niet met  
3 zijn leeftijd; bovendien is deze brave jongeman – zoals u hebt kunnen  
4 bemerken – te fatsoenlijk om dergelijke taal te kunnen bezigen. Ik had graag  
5 gezien dat een van de ouderen onder u deze rol van beschimper voor zijn  
6 rekening had genomen. Dan zou ik heel wat openhartiger en krachtiger en meer  
7 in mijn eigen trant die teugelloze tirade hebben aangepakt. Jou, Atratinius, zal ik  
8 milder behandelen, omdat jouw gevoel voor fatsoen mijn woorden beperkingen  
9 oplegt en ik me bovendien verplicht voel geen afbreuk te doen aan mijn  
10 verdiensten jegens jou en je vader.

## Tekst 3

---

*Cicero spreekt over de aard van het contact tussen Caelius en Clodia.*

1 Verum si quis est qui etiam meretriciis amoribus interdictum iuventuti putet, est  
2 ille quidem valde severus – negare non possum – sed abhorret non modo ab  
3 huius saeculi licentia verum etiam a maiorum consuetudine atque concessis.  
4 Quando enim hoc non factitatum est, quando reprehensum, quando non  
5 permissum, quando denique fuit ut quod licet non liceret? Hic ego ipsam rem  
6 definiam, mulierem nullam nominabo; tantum in medio relinquam.  
7 Si quae non nupta mulier domum suam patefecerit omnium cupiditati palamque  
8 sese in meretricia vita conlocarit, virorum alienissimorum conviviis uti  
9 instituerit, si hoc in urbe, si in hortis, si in Baiarum illa celebritate faciat, si  
10 denique ita sese gerat non incessu solum sed ornatu atque comitatu, non  
11 flagrantia oculorum, non libertate sermonum, sed etiam complexu, osculatione,  
12 actis, navigatione, conviviis, ut non solum meretrix, sed etiam proterva meretrix  
13 procaxque videatur: cum hac si qui adulescens forte fuerit, utrum hic tibi, L.  
14 Herenni, adulter an amator, expugnare pudicitiam an explere libidinem voluisse  
15 videatur?  
16 Obliviscor iam iniurias tuas, Clodia, depono memoriam doloris mei; quae abs te  
17 crudeliter in meos me absente facta sunt neglego; ne sint haec in te dicta quae  
18 dixi. Sed ex te ipsa requiro, quoniam et crimen accusatores abs te et testem eius  
19 criminis te ipsam dicunt se habere. Si quae mulier sit eius modi qualem ego  
20 paulo ante descripsi, tui dissimilis, vita institutoque meretricio, cum hac aliquid  
21 adolescentem hominem habuisse rationis num tibi perturpe aut perflagitiosum  
22 esse videatur? Ea si tu non es, sicut ego malo, quid est quod obiciant Caelio? Sin  
23 eam te volunt esse, quid est cur nos crimen hoc, si tu contemnis,  
24 pertimescamus? Qua re nobis da viam rationemque defensionis. Aut enim pudor  
25 tuus defendet nihil a M. Caelio petulantius esse factum, aut impudentia et huic  
26 et ceteris magnam ad se defendendum facultatem dabit.

## Tekst 4

---

1 Vivamus, mea Lesbia, atque amemus,  
2 rumoresque senum severiorum  
3 omnes unius aestimemus assis!  
4 Soles occidere et redire possunt:  
5 nobis cum semel occidit brevis lux,  
6 nox est perpetua una dormienda.  
7 Da mi basia mille, deinde centum,  
8 dein mille altera, dein secunda centum,  
9 deinde usque altera mille, deinde centum.  
10 Dein, cum milia multa fecerimus,  
11 conturbabimus illa, ne sciamus,  
12 aut ne quis malus invidere possit,  
13 cum tantum sciat esse basiorum.

*Catullus, Carmen 5*

## Tekst 5

---

*De christelijke dichter J. Revius heeft zich door Carmen 5 van Catullus (Tekst 4) laten inspireren. Het resultaat is een gedicht met een andere strekking.*

1 Laten we goed leven en onze naasten liefhebben  
2 en tevens de dood en dodelijke ziekten gelaten dragen.  
3 Zie je dat de zon kan ondergaan en weer kan terugkeren?  
4 Ook al is de nacht die ons ten deel valt kort,  
5 van het licht daarna kunnen we eeuwig genieten,  
6 dat duizend eeuwen duurt, vervolgens honderd,  
7 vervolgens nog eens duizend, vervolgens nog eens honderd,  
8 vervolgens achter elkaar door nog eens duizend, vervolgens honderd.  
9 Vervolgens, wanneer we vele duizenden eeuwen geleefd hebben,  
10 zullen we die hernieuwen en er kan geen pauze en geen einde zijn  
11 in de ononderbroken reeks van eeuwen.

## Tekst 6

---

*Uit de oudheid is een redevoering overgeleverd die gericht is tegen Cicero. Hierin komt de volgende passage voor:*

- 1 Toch durft hij (= Cicero) te zeggen: ‘O Rome, gezegend met mij als consul’.
- 2 Gezegend met jou als consul? Integendeel: ongelukkig en ellendig Rome, dat de
- 3 wreedste vervolging heeft doorstaan, toen jij, nadat de staat in wanorde was
- 4 geraakt, alle door angst verbijsterde rechtschapen mensen dwong te
- 5 gehoorzamen aan jouw wreedheid, toen alle processen, alle wetten overgeleverd
- 6 waren aan jouw willekeur, toen jij na het terzijde schuiven van de Lex Porcia,
- 7 nadat je ons allen de vrijheid ontnomen had, jezelf de macht over leven en dood
- 8 had toegeëigend.

**Let op: de laatste tekst van dit examen staat op de volgende pagina.**

## Tekst 7

*Cicero heeft Verres, de voormalige praetor (stadhouder) van Sicilië, aangeklaagd wegens wanbeheer en corruptie.*

*In onderstaande tekst wordt hiervan een voorbeeld gegeven: schepen van de Romeinse vloot zijn in de haven van de stad Syracuse door piraten in brand gestoken, de piraten rukken op naar de stad, er heerst paniek, maar Verres ligt na een avond feestvieren in bed en wil niet gestoord worden.*

- 1 Affertur nocte intempesta gravis huiusce mali nuntius Syracusas. Curritur ad  
2 praetorium, quo istum reduxerant paulo ante mulieres cum cantu atque  
3 symphonia. Cleomenes, quamquam nox erat, tamen in publico esse non audet.  
4 Includit se domi; neque aderat uxor, quae consolari hominem in malis posset.  
5 Huius autem praeclari imperatoris ita erat severa domi disciplina, ut in re tanta  
6 et tam gravi nuntio nemomitteretur, nemo esset qui auderet aut dormientem  
7 excitare aut interpellare vigilantem. Iam vero re ab omnibus cognita concursabat  
8 urbe tota maxima multitudo. Cum praetor quaereretur et constaret neminem ei  
9 nuntiasse, fit ad domum eius cum clamore concursus atque impetus. Tum iste  
10 excitatus audit rem omnem ex Timarchide, sagum sumit (lucebat iam fere),  
11 procedit in medium vini, somni, stupri plenus.

### *Aantekeningen*

- regel 1 **huiusce** = **huius**  
**Syracusas** naar Syracuse  
**Curritur** men rende (*praesens historicum*)
- regel 2 **quo** waarheen  
**istum** hiermee wordt Verres bedoeld  
**mulier** prostituee
- regel 3 **symphonia** muziek  
**Cleomenes** de commandant van de Romeinse vloot (hij was gevlucht na de confrontatie met de piraten)
- regel 5 **imperator** bevelhebber (hiermee wordt Verres bedoeld)  
**disciplina** discipline
- regel 6 **nemo esset** Lees: **et ut nemo esset**  
**dormientem** Lees: **eum dormientem**
- regel 7 **vigilantem** Lees: **eum vigilantem**  
**vero** echter
- regel 8 **praetor** stadhouder  
**quaero** zoeken
- regel 9 **nuntiasse** = **nuntiavisse**  
**nuntiasse** Vul als lijdend voorwerp aan: de ramp  
**conkursus atque impetus** opgewonden samenscholing
- regel 10 **Timarchides** assistent van Verres  
**sagum** mantel
- regel 11 **in medium** naar buiten  
**stuprum** seks